

nibus, in quibus sunt adscripti, clericos etiam praeter voluntatem dominorum fieri permittimus, ita (1) tamen, ut clerici facti impositam sibi agriculturam adimpleant, subrogato aliquo (2) quem maluerint.

AUTHENT *de sanctiss. episcop. § Si servus* (Nov 123 c 17)—Si servus sciente domino et non contradicente in clericum ordinatus fuerit ab episcopo, ex hoc ipso, quod constitutus est, liber et ingenuus erit. Si vero ignorante domino ordinatus fuerit, liceat domino, infra anni unius spatium et servilem fortunam probare, et servum suum accipere (3). Si vero servus sciente vel nesciente domino, sicut diximus, ideo quod in clero constitutus est, liber factus (4) ministerium ecclesiasticum reliquerit, et ad secularem vitam transierit, suo domino ad serviendum tradatur (5).

38. [37.] *Idem A.* (6) SEBASTIANO P. P.—Servis, si dominorum fuerint voluntate muniti, solitariam vitam participandi licentia non denegetur, dum tamen eorum domini non ignorent. Quodsi (7) servis suis ad monasteriorum cultum migrandi tribuerint facultatem, eorundem servorum dominio, donec (8) iidem servi in eodem monasterio habitu duraverint, spoliandos esse censemur (9); alioquin si, relicta forte vita solitaria, ad aliam (10) sese conditionem transtulerint, certum est, eos ad servitutis iugum, quam monasticae professionis cultu evaserant, reversuros.

Dat Non. Febr. . . Alexandriae Eutycheo . . (11)

AUTHENT *de sanctiss. episcop. § Sed haec quidem.* (Nov. 123 c 4.)—Episcopalis ordo liberat a fortuna servili vel adscripticia, sed non a curiali sive officiali. Nam et post ordinationem durat, ita ut per subiectam vel interpositam personam officium adimpleatur, nisi curiae vel officio restitueretur (12).

AUTHENT *de monachis § Hinc autem.* (Nov 5 c 2.)—Verum et si legitimo probatus experimento monachus efficiatur, evadet iugum servitutis. Debeant enim per triennium, antequam monachi efficiantur, in monasteriis permanere, postea vero, si monachi facti fuerint, liberi erunt.

Epítome græc. const. ex coll. const. eccl.

39. [38.]—Qui sua monasteria relinquunt, non recipiunt, quas attulerunt ad ea, res mobiles, cuiuscunque quantitatis sint, etiamsi non sint confecta monumentorum gesta super eis. In donatio-

tes se hagan clérigos en las mismas posesiones en que están adscriptos, aun sin la voluntad de sus señores, pero de suerte que hechos clérigos cumplan el servicio agrícola á ellos impuesto, habiendo subrogado alguno que ellos prefirieren.

AUTÉNTICA *de sanctiss. episcop. § Si servus* (Nov 123 c 17)—Si sabiéndolo y no contradi-ciéndolo su señor hubiere sido un esclavo ordenado clérigo por el obispo, por esto mismo, de haber sido ordenado, sea á libre é ingenuo. Pero si hubiere sido ordenado, ignorándolo su señor, sea lícito al señor probar dentro del espacio de un solo año su condición servil, y recobrar su esclavo. Mas si hecho libre, sabiéndolo ó ignorándolo el señor, como hemos dicho, porque fué constituido en clerecía, hubiere abandonado el esclavo el ministerio eclesiástico, y pasado á la vida seglar, sea restituido á su dueño para que le preste servidumbre.

38. [37.] *El mismo Augusto á SEBASTIANO, Prefecto del Pretorio.*—No se deniegue á los esclavos, si estuvieren asistidos del consentimiento de sus dueños, facultad para hacer vida solitaria, con tal sin embargo que no lo ignoren sus señores. Mas si hubieren dado facultad á sus esclavos para pasar al culto de los monasterios, mandamos que han de quedar despojados del dominio de los mismos esclavos, mientras estos mismos esclavos perseveraren en el mismo hábito monacal; de otro modo, si abandonada acaso la vida solitaria, se hubieren acomodado á otra condición, es cierto que deben ellos volver al yugo de la servidumbre, de que se habían librado por el culto de la profesión monástica.

Dada en Alejandria las Nonas de Febrero . . bajo EUTIQUEO . .

AUTÉNTICA *de sanctiss. episcop. § Sed haec quidem.* (Nov 123 c 4.)—El órden episcopal libra de la condición servil ó adscripticia, pero no de la curial ú oficial. Porque dura aun después de la ordenación, de suerte que se cumpla el cargo por medio de sujeta ó intermedia persona, sin lo que sea restituido el ordenado á la curia ó al oficio.

AUTÉNTICA *de monachis § Hinc autem.* (Nov. 5. c 2.)—Mas también si probado por legitimo experimento se hiciera monje, se libra á del yugo de la esclavitud. Porque deben permanecer tres años en los monasterios antes que sean hechos monjes, y después, si hubieren sido hecho monjes, serán libres.

Epítome de la constitución griega tomada de la colección de constituciones eclesiásticas

39. [38.]—Los que abandonan sus monasterios no recobran los bienes muebles que á ellos llevan, de cualquier cantidad que sean, aunque respecto de los mismos no se hayan extendido actas

(1) ita, falta en Cont 76.
(2) aliquo, falta en las ed. Nbg. Schf.
(3) recipere, ed. Nbg., versión vulgar de la Nov 123 c 17.
(4) Ed. Schf., versión vulgar de la citada Nov; constitutus liber est factus; Hal. y después los demás.
(5) reddatur, var. l. gl.; en la ed. Nbg. se lee así la última proposición: si vero servus sciente domino sive ignorante clericus ordinatus fuerit factus sit, ecclesiastico officio relicto ad secularem conversationem redierit, suo domino reddatur.
(6) Los mms. Pist. Cas. Vat., Pl. 1 2, ed. Nbg.; lidem AA., ms. Bg., ed. Hal. y las demás.

(7) et si, ed. Nbg. Hal.
(8) servorum dummodo nec, ed. Nbg.
(9) esse censemur, faltan en el ms. Pl. 1., ed. Schf.; en el ms. Pl. 2 se leen estas palabras por reciente adición.
(10) Los mms. Pl. 1 2 Bg. Gt., ed. Nbg. Hal.; quamlibet, añaden Russ. y los demás.
(11) El ms. Pist. tiene esta indicación de la fecha y firma: D. N.º Febr. Alexandri. a. Euticheo, é igualmente el ms. Paris D. N.º Febr. Alexandro A. Euticheo.
(12) ita ut per, y las demás palabras hasta el final, faltan en la ed. Nbg.

nibus autem immobilium oportet iura servari; neque enim admittitur ei, qui donavit, evictio earum.

§ 1.—Non oportet episcopos aut clericos cogere quosquam ad fructus offerendos, aut angarias dandas, aut alio modo vexare, aut excommunicare, aut anathemate damnare, aut denegare communionem, aut idcirco non baptizare, quamvis usus ita obtinuerit. Transgressori excidit ab ecclesia et administratione ipsius, et dat decem libras. Haec vero obtinent in sola regia urbe, et territorio eius, et locis ad metropolitanos, qui a patriarcha ordinantur, pertinentibus, aut ad creatos ab his episcopos (1).

Epítome graec const ex coll const eccl

40. [39.]—Monasteria censentur sub episcopis territoriorum suorum; et episcopi quidem inspiciunt abbates, abbates vero monachos

§ 1.—Non fit vero abbas duorum monasteriorum (2)

41 [40] *Imp IUSTINUS (3) A ARCHELAE P. P.*—Repetita promulgatione non solum iudices quorumlibet tribunalium (4), verum etiam defensores ecclesiarum huius almae urbis, quos turpissimum insinuandi ultimas deficientium voluntates genus irrepserat, praemonendos (5) esse censemus, ne rem attingant, quae nemini prius omnium secundum constitutionum praecepta, quam (6) magistris census, competit Absurdum etenim clericis est (7), immo etiam opprobrium (8), si peccatos se velint (9) disceptationum esse forensium; temerariis huius sanctionis poena quinquaginta librarum auri feriendis.

Dat. XIII. Kal. Decemb CP. IUSTINO (10) A. II et OPILIONE (11) Cons. (12) [524]

42. [41.] *Imp. IUSTINIANUS A ATARBIO P. P.*—Omnes semper gerentes curam sanctissimarum ecclesiarum in honorem et gloriam sanctae, incorruptae et consubstantialis Trinitatis, per quam et nos, et communem rempublicam salvos fore credidimus, insistentes etiam doctrinae sanctorum apostolorum de creandis irreprehensibilibus sacerdotibus, qui ob id potissimum ordinantur, ut suis precibus benignitatem clementis Dei rebus adquirent communibus, praesente lege sancimus, ut, quoties in qualicumque civitate sacerdotalem sedem vacare contingat, per decretum fiat ab incolis eius civitatis electio trium personarum rectae fidei et honestae vitae aliarumque virtutum testimo-

documentales Mas en cuanto á las donaciones de inmuebles deben observarse las leyes; porque no se quita la evicción de los mismos á aquel que los donó.

§ 1.—No conviene que los obispos ó los clérigos obliguen á algunos á ofrecer frutos, ó á dar angarias, ó que los vexen de otro modo, ó los excomulguen, ó los condenen con anatema, ó les denieguen la comunión, ó no los bauticen, aunque así se hubiere acostumbrado. El transgresor es separado de la iglesia y de su administración, y paga diez libras. Mas estas disposiciones son aplicables solamente en esta regia ciudad, y en su territorio, y en los lugares pertenecientes á los metropolitanos, que son ordenados por el patriarca, ó á los obispos creados por estos

Epítome de la constitución griega tomada de la colección de constituciones eclesiásticas.

40 [39]—Considérase á los monasterios bajo la dependencia de los obispos de sus territorios; y los obispos ejercen ciertamente inspección sobre los abades, y los abades sobre los monjes.

§ 1—Mas á nadie se hace abad de dos monasterios.

41 [40] *El Emperador JUSTINO, Augusto, á ARCHELAE, Prefecto del Pretorio*—Consideramos que se debe prevenir por repetida promulgación, no solamente á los jueces de cualesquiera tribunales, sino también á los defensores de las iglesias de esta augusta ciudad, á quienes había ganado una torpísima manera de insinuar las últimas voluntades de los que fallecen, que no se atribuyan cosa que según los preceptos de todas las constituciones á nadie absolutamente compete, sino al maestro del censo. Porque es absurdo en los clérigos, y aun también oprobioso para ellos, si quisieran ser peccatos en las discusiones forenses; debiendo ser condenados los infractores de esta sanción con la pena de cincuenta libras de oro.

Dada en Constantinopla á 13 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado segundo de JUSTINO, Augusto, y el de OPILIONE. [524]

42. [41] *El Emperador JUSTINIANO, Augusto, á ATARBIO, Prefecto del Pretorio*—Consagrándole siempre todo nuestro cuidado á las santísimas iglesias para honor y gloria de la santa, incorrupta y consubstantial Trinidad, por la cual hemos creído que nos hemos de salvar, así nosotros, como la república común, siguiendo también la doctrina de los santos apóstoles sobre creación de irreprehensibles sacerdotes, que principalísimamente son ordenados para esto, para que con sus preces adquieran para los intereses comunes la benignidad de Dios clemente, por la presente ley mandamos, que cuando acontezca que en cualquier ciudad vacue la sede sacerdotal, se haga en virtud de decreto por los ha-

(1) Los epítomes de esta ley son, el de la Coll. constit eccl. I 3 38, de que usó Phot. en el Nomoc. VI 1, IX 9, XI 1, XI 4; y el de los Schol. Bas. (Fabrot VI p. 221. 263) El texto que aquí se sigue fue publicado primeramente por Ant. Agust. (Coll. p. 35.) El ms. Vat. añade la const. griega después de la ley 37.

(2) El epítome de esta ley está en la Coll. constit eccl. I 3. 39, y fue publicado primeramente por Ant. Agust. (Coll. p. 35.)

(3) Justinianus, mms. Pist. Vat.

(4) protibunalium, mms. Pl. 1 2. Bg., ed. Nbg. Schf.

(5) removendos, mms. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal.; revocandos, ms. Pl. 2., pero véase la l. 23 C. VI. 23.

(6) Los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Cont. 62, l. 23. C. VI.; praeterquam, ed. Schf. Hal. Russ. Cont. 66 y las demás.

(7) clericis existimo, ms. Pl. 1.

(8) Los mms. Pl. 1 2. Bg. Gt., ed. Schf. Cont. 62, l. 23. C. VI.; opprobriosum, ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 66 y las demás.

(9) Los mms. Pl. 1 2. Bg. Gt., ed. Schf. Cont. 62, l. 23. C. VI.; ostendere, añaden las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 66 y las demás.

(10) Russ. Bk.; Justin., Cont. 76; Justiniano, Cont. 62. 66. 71. Char. Pac. Sp.

(11) Russ. Cont. 62 Bk.; Opiliano, Cont. 66 71 Pac. Sp.; Opil., Cont. 76.

(12) La indicación de la fecha y firma falta en Hal., y fue restablecida por Russ. conforme á la l. 23. C. VI.

nium habentium, ut ex ipsis utilior ad episcopatum promoveatur. Si enim sancti et gloriosi apostoli, sacerdotium a domino Christo, Deo nostro, consecuti, et qui bonis omnibus terram repleverunt, et eius doctrinam omnibus impertiti sunt, neque ipsi vitae suae, quam in hoc mundo debebant, salutis nostrae causa pepercerunt, quomodo aequum non fuerit, eos, qui in eorum locum succedunt et instituuntur sanctissimarum ecclesiarum sacerdotes, purum habere propositum, et pecunias contemnere, omnemque vitam suam ad clementissimum applicare Deum?

§ 1.—Convenit igitur huiusmodi eligi et ordinari sacerdotes, quibus nec liberi sint, nec nepotes; etenim fieri vix potest, ut occupatus quotidianae vitae curis, quas liberi creant parentibus maxime, omne studium omnemque amorem in divina liturgia et rebus ecclesiasticis collocet. Nam quum quidam summa in Deum spe, et ut animae eorum salvae fiant, ad sanctissimas accurrant ecclesias, et eis omnes suas facultates afferant, et derelinquant, ut in pauperes et agentes, et in alios pios usus consumantur, indecens est, episcopos in suum illas auferre lucrum, aut in propriam sobolem et cognatos impendere. Oportet enim episcopum, minime impeditum affectionibus carnalium liberorum, omnium fidelium spiritualem esse patrem. Has igitur ob causas prohibemus, habentem liberos aut nepotes ordinari episcopum.

§ 2.—Qui vero episcopi vel nunc sunt, vel futuri sunt, eos sancimus nullo modo habere facultatem testandi, vel donandi, vel per aliam quamcunque machinationem alienandi quid de rebus suis, quas, postquam facti sunt episcopi, obtinuerunt vel ex testamentis, vel donationibus, vel ex alia quacunque causa, exceptis duntaxat his, quas ante episcopatum habuerunt ex quacunque causa, vel quas post episcopatum a parentibus, patris vel avunculis, et a fratribus ad ipsos pervenerunt perventuraeque sunt. Quaecunque vero post ordinationem ex quacunque causa, sicut diximus, praeterquam ex praefatis personis, ad ipsos pervenerunt, ea iubemus ad sanctissimam ecclesiam, cuius episcopatum tenebant, pertinere, et ab ea vindicari; neque alia persona possit ex eo sibi auferre lucrum. Quis enim dubitaverit, eos, qui ipsis proprias res reliquerint vel relinquunt, aut alio modo transmittunt vel transmittunt, non respexisse ipsum sacerdotium, et id fecisse opinatos fore, ut non solum ab ipsis relicta pie consumant, sed et suas ipsorum res adiciant?

§ 3.—Ab hac autem generali nostra lege excipimus ea sola, quaecunque in hunc usque diem fuerint Epiphani, archiepiscopi felices huius civitatis et sanctissimi patriarchae. Nam super his, quae ab hoc tempore ei adquisiverint, quod a nobis constitutum est, obtinere, et ipsa ad sanctissimam magnam ecclesiam pertinere iubemus.

§ 4.—Post mortem vero Dei amantissimorum episcoporum sancimus, ut ex iis, quae (1) eo tempore sunt, oeconomis rationes exigantur earum, quae

bitantes de esta ciudad la elección de tres personas de recta fe y de vida honesta, y que tengan testimonio de otras virtudes, para que de las mismas sea promovida al episcopado la más idónea. Porque si los santos y gloriosos apóstoles, que obtuvieron el sacerdocio del señor Cristo, Dios nuestro, y que llenaron de toda clase de bienes la tierra, y que a todos comunicaron su doctrina, no se cuidaron ellos, por causa de nuestra salvación, de la propia vida que en este mundo pasaban, ¿cómo no sería justo que los que en su lugar les suceden y son instituidos sacerdotes de las santísimas iglesias, tengan puro propósito, y desprecien las riquezas, y consagren toda su vida a Dios clementísimo?

§ 1.—Conviene, pues, que de este modo se elijan y ordenen sacerdotes, que no tengan ni hijos, ni nietos; porque difícilmente puede suceder, que ocupado en los cuidados de la vida cotidiana, que los hijos originan principalmente a los padres, ponga todo su empeño y todo su amor en la divina liturgia y en las cosas eclesiásticas. Porque como algunos por su suma esperanza en Dios, y para que se salven sus almas, acuden a las santísimas iglesias, y les dan y dejan todos sus bienes, para que se invierten en los pobres y necesitados, y en otros usos piadosos, es inconveniente que los obispos los quiten para su lucro, o los gasten en su propia descendencia y en sus cognados. Porque conviene que el obispo, en manera ninguna impedido por las afecciones de los hijos carnales, sea padre espiritual de todos los fieles. Por estas causas, pues, prohibimos, que el que tenga hijos o nietos sea ordenado obispo.

§ 2.—Mandamos, que así los que ahora son obispos, como los que lo hayan de ser, no tengan en modo alguno facultad para dejar por testamento, para donar, o para enajenar por otro cualquier artificio cosa alguna de los bienes propios, que después que fueron hechos obispos adquirieron, o por testamentos, o por donaciones, o por otra cualquier causa, exceptuados únicamente aquellos que por cualquier causa tuvieron antes del episcopado, o que después del episcopado fueron o hayan de ir a poder de los mismos, de sus padres, tios paternos o maternos, y de sus hermanos. Mas cualesquiera que hayan ido a poder de los mismos después de la ordenación por cualquier causa, según hemos dicho, con excepción de los procedentes de las mencionadas personas, mandamos que pertenezcan a la santísima iglesia, cuyo episcopado ejercían, y que por ella sean reivindicados; y que ninguna otra persona pueda sacar lucro para sí de esto. Porque ¿quién dudará que los que a ellos mismos les hubieren dejado o les dejan sus propios bienes, o de otro modo se los hubieren transmitido o se los transmiten, no consideraron el mismo sacerdocio, y no hicieron esto creyendo que sucedería, que no solamente consumirían piadosamente los dejados por ellos, sino que también añadirían los bienes propios de ellos mismos?

§ 3.—Mas de esta nuestra ley general exceptuamos solamente aquellos que hasta este día hayan sido de Epifanio, arzobispo de esta feliz ciudad y santísimo patriarca. Porque respecto a los que desde este momento se adquirieren para él, mandamos que se observe lo establecido por nosotros, y que pertenezcan ellos a la santísima grande iglesia.

§ 4.—Pero mandamos, que después de la muerte de los obispos amantísimos de Dios, se exijan de los que en aquel momento son ecónomos cuentas de

(1) Debería leerse qui, porque el texto griego dice: τοῦ κατὰ τὰς οἰκονομίας —N del Tr.

ab illis relictæ sunt, rerum, idque sanctissimis ecclesiis proficiat, et earum, quæ ex hac nostra lege debentur.

§ 5.—Atque ipsos quidem oeconomos cum iudicio et scrutatione creari præcipimus, sciantque, se singulis annis rationem reddituos sanctissimo episcopo suæ administrationis; et quacunque in re videbuntur res ecclesiasticas laesisse, vel sibi lucrum quæsivisse, hoc ecclesiasticis rebus restituent; ita ut, si superstites tales rationes subierint, fiant quæ supra dicta sunt, si vero non redditus rationibus defuncti fuerint, tunc ipsorum heredes subiciantur tali quæstioni, et conveniantur ad restitutionem omnium, quæ ex ea causa debere eos appareat.

§ 6.—Necessarium quoque esse credidimus, etiam super iis aliquid definire, qui curam susceperunt susceptivæ sunt venerabilium xenonum, et nosocomiorum, et ptochiorum, et orphanotrophiorum, et brephotrophiorum. Nam et ipsis omnem licentiam adimimus, de adquisitis rebus post susceptas huiusmodi curationes vel per testamentum, vel per alium quemlibet modum vel machinationem quicquam in alias transferendi personas, exceptis, quæ prius habuerant, vel postea a parentibus, vel patribus et avunculis, vel fratribus ad ipsos pervenerunt. Quæcunque vero ad sanctas, quas diximus, domus pertinent, vel quæ ad ipsorum præpositos post susceptam huiusmodi curam pervenerunt vel perventura sunt, ad ipsa venerabilia pertinebunt loca, et pie in eos erogari volumus, qui in iis locis sunt vel curantur. Manifestum enim est, eum, qui derelinquit vel donat in scriptis sive sine scriptis xenodochio, vel nosocomio, vel ptochotropho, vel orphanotropho, dare idcirco, ut pie per ipsum dispensetur, quippe qui multas pietatis exercendæ occasionem habeat propter eos, quorum curam gerit. Neque vero iustum est, ipsum ea, quæ sub prætextu eorum, qui sub eius cura sunt, accipit, non in ipsos vel pro ipsis impendere, sed in propriam personam auferre, et proprio lucro applicare, timore Dei contento. Quis enim tali curæ præpositum non existimet idcirco eam suscepisse, ut non solum quæ extrinsecus ad eum perventura sint, sed etiam omnia, quæ forte habuerit, in eam rem impendat?

§ 7.—Amplius id quoque præcipimus, ut quæcunque post necessario sumtus ab his personis erogatos in eos, qui ipsis curæ commissi sunt, et post debitam curam rerum et aedificiorum superesse contigerit, ea ad reddituum comparationem proficiant. Undique enim nostra intentio est, ad incrementum et augmentum adducere res ad pios usus destinatas; namque ita, quisquis pro suæ animæ salute quidquam facere volet, promptius erogabit, si ea, quæ ab ipso data fuerint, pie administratum illi crediderit.

§ 8.—Si autem contigerit aliquem ab administratione cessare, quam habuit, sancimus eum, qui in eius locum constitutus est, cum timore domini Dei rationes exigere gestas ab eo administrationis,

los bienes que por aquellos han sido dejados, y que esto sea en provecho de las santísimas iglesias, y de los que por esta nuestra ley se deben.

§ 5.—Y preceptuamos, que los mismos economos sean ciertamente nombrados con juicio y escrupulosidad, y sepan que cada año han de rendir cuenta de su administración al santísimo obispo; y si pareciere que en cualquier cosa lesionaron los bienes eclesiásticos, ó que para sí procuraron lucro, esto lo restituirán á los bienes eclesiásticos; de tal manera que, si sobreviviendo ellos hubieren rendido las cuentas, se haga lo que arriba se ha dicho, y si hubieren fallecido sin haber rendido las cuentas, queden entonces sujetos á tal rendición sus herederos, y sean demandados para la restitución de todo lo que aparezca que ellos deben por esta causa.

§ 6.—También hemos creído que era necesario establecer asimismo alguna disposición respecto de los que tomaron, ó hayan de tomar, á su cargo el cuidado de los venerables hospitales de peregrinos, nosocomios, hospicios de pobres, asilos de huérfanos, y casas de expósitos. Porque también á estos les quitamos toda facultad para transferir á otras personas, ó por testamento, ó de otro modo ó artificio cualquiera, alguna cosa de los bienes adquiridos después de tomadas á su cargo tales administraciones, exceptuados los que habían tenido antes, ó los que por sus padres, tíos paternos ó maternos, ó por sus hermanos fueron después á poder de ellos mismos. Y todos los que pertenecen á las santas casas, que hemos dicho, ó los que fueron, ó han de ir, á poder de los prepositos de las mismas después de tomada á su cargo tal administración, pertenecerán á los mismos venerables establecimientos, y queremos que piadosamente se inviertan en aquellos que están ó se curan en estos establecimientos. Porque es evidente, que el que deja ó dona en escritura, ó sin escritura, al encargado de un hospital de peregrinos, ó de un nosocomio, ó de un hospicio de pobres, ó de un asilo de huérfanos, dá por esto, para que piadosamente sea invertido por él mismo, como quiera que tenga muchas ocasiones para ejercer la piedad por causa de aquellos cuyo cuidado tiene á su cargo. Y no es ciertamente justo que lo que so pretexto de aquellos que están á su cuidado recibe, no lo gaste él en ellos ó para ellos, sino que lo quite para su propia persona, y lo aplique á lucro propio, con menosprecio del temor de Dios. Porque ¿quién no creerá que el nombrado para tal administración la tomó á su cargo para esto, para invertir en este objeto no solamente lo que de personas extrañas haya de ir á su poder, sino también todo lo que acaso él hubiere tenido?

§ 7.—También mandamos además esto, que todo lo que aconteciere quedar sobiante, después de los gastos necesarios hechos por estas personas en beneficio de aquellos que están encomendados al cuidado de las mismas, y después de la atención debida á los bienes y edificios, se aproveche para la compra de rentas. Porque es en todos casos nuestra intención, procurar el incremento y aumento de los bienes destinados á usos piadosos; porque así, cualquiera que quisiese hacer alguna cosa para la salvación de su alma, empleará de más buena gana sus bienes, si creyere que los que por él se hubiesen dado habrán de ser piadosamente administrados.

§ 8.—Mas si aconteciere que cese alguien en la administración que desempeñó, mandamos que el que en su lugar le sucedió exija, con temor del señor Dios, las cuentas de la administración por

sicut divina nostra lege continetur; sciente et eo, qui post ipsum constitutus est, se domino Deo rationem esse hac de causa redditurum.

§ 9.—Praeterea sancimus, quemadmodum divinis canonibus definitum est, ne quis episcopus, aut chorepiscopus, aut visitator, aut circuitor, aut presbyter, aut alius cuiusunque dignitatis clericus per laigitionem ordinetur. Sed nec oeconomus, nec ecclesiae defensor, nec xenodochus, nec nosocomus, nec ptochotrophus, nec orphanotrophus, nec brephotrophus, nec ptochii praefectus per talem fiat laigitionem, sed per iudicium et inquisitionem eorum, qui in illis locis sunt, Dei amantissimum episcoporum praeposantur. Si vero quis inventus fuerit ob ordinationem et administrationem aliquid dedisse vel accepisse, sive episcopus sit sive clericus, et eum qui praebuit, et qui accepit, sacerdotio et clero eiici iubemus, praeter domini Dei condemnationem, cui obnoxii sunt. Quodsi quis per patrociniū factus sit et dedisse aliquid compertus fuerit, eum clero eiici iubemus. Si vero oeconomus, vel ecclesiae defensor, vel chorepiscopus, vel periodenta vel xenodochus, vel nosocomus, vel ptochotrophus, vel orphanotrophus vel ptochio praepositus compertus praebuisse quid, ut sibi cura illa committeretur, et hunc removeri ab huiusmodi cura iubemus.

§ 10.—Praeterea sancimus, ut omnes clerici per singulas ecclesias constituti per se ipsos nocturnas et matutinas et vespertinas preces canant, ne ex sola ecclesiasticarum rerum consumptione clerici appareant, nomen quidem habentes clericorum, rem autem non implentes clerici circa ministerium domini Dei. Turpe enim est, pro ipsis scriptos, necessitate ipsis inducta, canere. Si enim multi laicorum, ut suae animae consulant, ad sanctissimas ecclesias confluentes studiosos circa psalmodiam se ostendunt, quomodo indecens non fuerit, clericos ad id ordinatos non implere suum munus? Quapropter omnimodo clericos canere iubemus, et ipsos inquiri a suis episcopis Dei amantissimis, et duobus protopresbyteris in singulis ecclesiis, et ab archonte sive exarcho, quem vocant, et a defensore cuiusque sanctissimae ecclesiae, et eos, qui inventi non fuerint sine reprehensione in ministerio perseverare; extra clerum constitui. Nam qui constituerunt vel fundarunt sanctissimas ecclesias pro sua salute et communis reipublicae, reliquerunt illis facultates, ex quibus deberent sacra ministeria fieri, ut a piis clericis ecclesiarum ministris Deus colatur. Licentiam autem concedimus omni personae, quae quid horum praetermissum esse cognoverit, ea denuntiare et publicare.

§ 11.—Ea vero, quae a nobis sancita sunt, finiri et ad effectum perducere cum Dei benignitate, iubemus; eis vero, qui aliquid horum ausu temerario praetermiserint, primum quidem ex domini

aquel desempeñada, según se contiene en nuestra divina ley; sabiendo también el que después de él le sucedió, que por esta causa había de rendir cuentas al señor Dios.

§ 9.—Además de esto mandamos, así como se halla establecido en los divinos cánones, que ningún obispo, ó coepiscopo, ó visitador, ó inspector, ó presbítero, u otro clérigo de cualquier dignidad, sea ordenado por dádivas. Pero ni el ecónomo, ni el defensor de la iglesia, ni el encargado de un hospital de peregrinos, ni el de un nosocomio; ni el de un hospicio de pobres, ni el de un asilo de huérfanos, ni el de una casa de expósitos, ni el prefecto de un hospicio de pobres, sea nombrado mediante tales dádivas, sino que sean designados por juicio ó investigación de los obispos amantísimos de Dios, que en aquellos lugares hay. Mas si se hubiere descubierto que alguno dió ó recibió alguna cosa por la ordenación y la administración, ya sea obispo, ya clérigo, mandamos, que tanto el que la dió, como el que la recibió, sean echados del sacerdocio y del clero, sin contar con la condenación del señor Dios, á que están sujetos. Pero si se hubiere averiguado que alguno haya sido nombrado por patrocinió, y que dió alguna cosa, mandamos que sea expulsado del clero. Mas si se descubriere que el ecónomo, ó el defensor de la iglesia, ó el coepiscopo, ó el periodenta, ó el encargado de un hospital de peregrinos, ó de un nosocomio, ó de un hospicio de pobres, ó de un asilo de huérfanos, ó el preposito de un hospicio de pobres, dió alguna cosa para que se le confiase aquel cargo, mandamos que también este sea separado de tal cargo.

§ 10.—Mandamos además, que todos los clérigos establecidos en cada una de las iglesias canten por sí mismos las preces nocturnas, matutinas y vespertinas, para que no parezcan clérigos por el solo consumo de los bienes eclesiásticos, teniendo ciertamente el nombre de clérigos, pero no llenando el cometido del clérigo en el servicio del señor Dios. Porque cosa torpe es, que por ellos canten otros nombrados, estando impuesta á ellos mismos la necesidad. Porque si muchos laicos, acudiendo, para procurar por su alma, á las santísimas iglesias, se muestran aficionados á la salmodia, ¿cómo no será indecoroso que los clérigos ordenados para esto no llenen su cometido? Por lo cual mandamos, que de todos modos los clérigos hagan sus cánticos, y que sean vigilados por sus obispos amantísimos de Dios, y por dos protopresbíteros en cada iglesia, y por el que llaman archonte ó exarca, y por el defensor de cada santísima iglesia, y que los que no se hubiere hallado que perseveran sin reprensión en su ministerio, sean expulsados del clero. Porque los que constituyeron y fundaron las santísimas iglesias para su salvación y la de la común república, les dejaron bienes con los que debieran cumplirse los sagrados ministerios, para que por piadosos clérigos ministros de las iglesias se rinda culto á Dios. Mas á toda persona, que hubiere sabido que alguna de estas cosas ha sido desatendida, le damos licencia para denunciarla y publicarla.

§ 11.—Y mandamos, que estas disposiciones, que por nosotros han sido sancionadas, sean cumplimentadas y llevadas á efecto con la benignidad de Dios; mas á aquellos que con temerario atrevi-

Dei iudicii periculum, ac deinde positas in hac lege poenas (1) imminent.

Dat. Kal Mart. CP. Dn. IUSTINIANO PP. A. II. Cons: [528] (2).

43 [42.] *Idem A EPIPHANIO archiepiscopo Constantinopolitano et patriarchae.*—Omnes semper adhibentes providentiam circa sanctissimas ecclesias, per quas et nostrum imperium sustineri, et communes res clementissimi Dei gratia muniri credidimus, nec non tam nostras quam ceterorum omnium animas studentes salvare, et eam ob rem solliciti assidue, ne commoda sanctissimarum ecclesiarum, in quacunque civitate sint constitutae, aliqua ratione minuantur, neve quae in ipsis fiunt divina ministeria, ex Dei amantissimorum sacerdotum absentia impendantur, aut non convenienter curentur, ac ne etiam sanctissimarum ecclesiarum consumantur res tam propter itinerum, quam etiam commearum huc sacerdotum et comitantium clericorum et famulorum impensas, unde saepe pecuniae sub foenore sumendae necessitas emergit, et ex ea re onus ad ipsas sanctissimas ecclesias venit, praeter neglectam ecclesiasticarum rerum administrationem convenientem per absentiae Dei amantissimorum sacerdotum tempus; his ad tuam beatitudinem divinis apicibus uti oportere existimavimus.

§ 1.—Per quos ipsi iubemus, fieri manifestum omnibus sacerdotibus, per singulas metropoles uniuscuiusque provinciae ipsi subiectis, non deesse aliquem ipsorum aut eorum, qui in aliis provincialium civitatibus sub metropolitano ordinati sunt, episcoporum secundum propriam voluntatem, absque divina nostra speciali iussione, relinquere quidem gubernatam a se sanctissimam ecclesiam et in hanc felicem commeari civitatem, qualiscunque emergat res, sed mittere oportere huc unum aut duos ex sibi subiecto pio clero, et facere manifesta nostrae pietati ea, quibus opus habent, aut ipsis recta ad nos venientibus, aut per intermediam tuam beatitudinem, sicque perfici iusta et compendiosa nostra ope. Si enim quippiam eorum, quae ad nos relata fuerunt, tale nobis visum fuerit, ut indigeat ipsorum Dei amantissimorum sacerdotum praesentia, tunc adesse iubebimus ipsos. Absque vero tali divina iussione neminem venire concedimus.

§ 2.—Sciente horum transgressore, et recte ac pie introductam a nobis pro sanctissimarum ecclesiarum honore observantiam praeteriteunte, se non parvam indignationem experturum. Sed et ab ecclesia separabitur, siquidem metropolitano sit, a tua beatitudine, si vero civitatis sit episcopus, quae metropolitae subiecta est, ab ipso metropolitano. Pecuniariam enim poenam definire contra transgressores divinae nostrae dispositionis, non necessarium putavimus, ne ad sanctissimas ecclesias, quod inde eveniret damni, redundet, quarum res ab omni diminutione liberae manere cupimus.

miento hubieren desatendido alguna de estas cosas, les amenazará en primer lugar ciertamente el castigo por juicio del señor Dios, y después las penas establecidas en esta ley.

Dada en Constantinopla las Calendas de Marzo, bajo el segundo consulado del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo. [528.]

43. [42.] *El mismo Augusto a EPIFANIO, arzobispo de Constantinopla y patriarca*—Prestando siempre toda nuestra atención á las santísimas iglesias, por las que hemos creído que se sostiene nuestro imperio, y que con la gracia de Dios clementísimo se afianza el bien común, y procurando también que se salven tanto nuestra alma como las de todos los demás, y solícitos asiduamente por este objeto, para que por ninguna razón se disminuyan los provechos de las santísimas iglesias, en cualquier ciudad que se hallen constituidas, y para que los divinos oficios que en las mismas se hacen no se vean impedidos por la ausencia de sacerdotes amantísimos de Dios, ó no sean atendidos inconvenientemente, y asimismo para que no se consuman los bienes de las santísimas iglesias por los gastos tanto de viajes, como también de los sacerdotes que á ellas van y de los clérigos y fámulos que les acompañan, de donde surge muchas veces la necesidad de tomar dinero á interés, y de ello proviene para las mismas santísimas iglesias una carga, además de quedar descuidada la conveniente administración de los bienes eclesiásticos durante el tiempo de la ausencia de los sacerdotes amantísimos de Dios; hemos creído que debíamos dirigirnos á tu beatitud con estas líneas.

§ 1.—Por las que mandamos á la misma, que haga saber á todos los sacerdotes, á ella sometidos en cada una de las metrópolis de cada provincia, que no es conveniente que ninguno de ellos, ó de los obispos que en otras ciudades de las provincias fueron ordenados bajo la autoridad del metropolitano, deje ciertamente por su propia voluntad, y sin nuestro divino mandato especial, la santísima iglesia por él gobernada, y venga á esta feliz ciudad, cualquiera que sea el caso que ocurra, sino que debe enviar aquí á uno ó dos individuos del piadoso clero á él sometido, y manifestar á nuestra piedad las cosas de que tienen necesidad, ó viniendo ellos mismos directamente á nosotros, ó por mediación de tu beatitud, y de este modo disfrutar de nuestro justo y pronto auxilio. Porque si alguna cosa de las que se nos hayan referido nos pareciere tal, que requiera la presencia de los mismos sacerdotes amantísimos de Dios, mandaremos entonces que ellos mismos se presenten. Pero sin tal divino mandato no permitimos que nadie venga.

§ 2.—Sabiendo el transgresor, y el que desatenda esta observancia, recta y piadosamente introducida por nosotros en honor de las santísimas iglesias, que habrá de soportar no pequeña indignación. Pero también será separado de la iglesia por tu beatitud, si fuera metropolitano, y si obispo de ciudad que esté subordinada á un metropolitano, por el mismo metropolitano. Porque no hemos considerado necesario señalar pena pecuniaria contra los transgresores de nuestra divina disposición, para que el daño que de aquí proviniera no recaiga sobre las santísimas iglesias, cuyos bienes deseamos que permanezcan libres de toda disminución.

(1) En vez de positas—poenas parece que debe leerse positaes—poenae.—N del Tr

(2) Esta ley se halla íntegra en la Coll 25 cap. IV, y en

epítome en la Collect constit eccles I § 41. y 42. El texto está ajustado al de Ant Agust (Coll p 36)

§ 3 —Haec igitur tua sanctitas ad omnium notitiam, qui sub ipsa Dei amantissimi metropolitani episcopi ordinati sunt, perficere studeat, et ab unoquoque missas responsiones tam a metropolitano, quam ab ipsis reliquarum provinciarum civitatum Dei amantissimis episcopis de his, quae haec de se didicerint, ad nostram pietatem referre.

Dat X Kal Mart CP Dn. IUSTINIANO PP A II. Cons [528] (1).

44. [43] *Idem A MENNAE P P* — Sanctissimarum ecclesiarum et piorum monasteriorum decori consulentes, interdicimus omnibus habitantibus monasteria, conversari cum mulieribus monastibus, aut occasionem aliquam excogitare, qua communicationem aliquam cum ipsis habeant (hoc enim iustam suspicionem introducit, assidue eos et quum voluerint, cum ipsis congregari), sed ita segregatos esse, ut nullum commercium inter se ob ullam causam habeant ipsi, neque excogitari aliquam occasionem vel illis vel his mutuae inter se commorationis; sed soli per se vii in quolibet monasterio degant, a vicinis sibi per quaecunque causam monastibus segregati; solae item per se mulieres non commistae viis, ut omnis suspicio indecorae conversationis penitus tollatur. Sed si vii fuerint plures, oportet providentia singularum civitatum episcoporum feminas in alium conveniunt locum transferri, et dari monasterium ipsis, in quo oporteat per se ipsas in posterum honeste conversari. Sin plures inveniuntur feminae, aut etiam parvi numero, viros quidem transferri, feminas autem in monasterio manere, ita ut res ipsius monasterii mobiles et immobiles et se moventes hi, qui exeunt, cum his, qui manent, pro rata dividant. Ad necessarias autem decisiones apud se degentium separatim mulierum unus senex a Dei amantissimo episcopo civitatis designetur; ad divina vero peragenda ministeria, et sanctam communionem ipsis praestandum unus presbyter et unus diaconus honestae vitae constituentur, qui sola supradicta agere debeant, non etiam convalescere aut cohabitare cum ipsis. His enim servatis, et ipsis felix vita erit, qui solitariam vitam elegerint, et communis nostrae et publicae res paratorem consequentur a Deo clementissimo opem. Quae igitur super communibus rebus et nunc recte se habere existimavimus, haec sunt, et credidimus, non parvam hinc visum in additam iis ex divina nostra constitutione utilitatem.

§ 1 —Sed custodia diligentissima opus est, ne ullo modo haec migrentur; quae non aliter continget, quam si Dei amantissimi cuiusque civitatis episcopi inspiciant diligenter monachorum degentium in monasteriis sub sua cura ordinatis conversationes, et, si quid senserint huiusmodi lapsus, omnibus modis compescant tale inceptum, et poenis subiciant eos, qui post nostram prohibitionem

§ 3 —Procure, pues, tu santidad, llevar estas disposiciones a conocimiento de todos los obispos metropolitanos amantísimos de Dios, que bajo la misma fueron ordenados, y comunicar a nuestra piedad las respuestas enviadas por cada uno, tanto por los metropolitanos, como por los mismos obispos amantísimos de Dios, de las demás ciudades de la provincia, sobre lo que acerca de este particular se hubieren informado.

Dada en Constantinopla a 10 de las Calendas de Marzo, bajo el segundo consulado del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo [528.]

44. [43] *El mismo Augusto a MENNA, Prefecto del Pretorio* —Proveyendo al decoro de las santísimas iglesias y de los piadosos monasterios, prohibimos a todos los que habitan monasterios, que conversen con mujeres monjas, ó que busquen alguna ocasión en la que tengan alguna comunicación con las mismas, (porque infunde legítima sospecha que asiduamente y cuando quisieren se reunan ellos con las mismas), sino que de tal modo estén separados, que no tengan ellos mismos ningún comercio entre sí por causa alguna, ni busquen ninguna ocasión, ó para ellos, ó para estas, para tener entre sí morada mutua; sino que solos vivan por sí los varones en cualquier monasterio, separados de las monjas que por cualquier causa sean vecinas suyas; y asimismo solas por sí las mujeres, no mezcladas con los varones, para que se quite por completo toda sospecha de comunicación indecorosa. Pero si fueren más los varones, procece que por providencia de los obispos de cada una de las ciudades sean trasladadas las mujeres a otro lugar conveniente, y que se les dé a las mismas un monasterio, en el que honestamente deban vivir por sí mismas en lo sucesivo. Mas si se hallaran en mayor, ó aún en igual número, las mujeres, que ciertamente sean trasladados los varones, y permanezcan en el monasterio las mujeres, de suerte que los que salen se dividan a porata con los que se quedan los bienes muebles, inmuebles y semovientes del mismo monasterio. Mas para las necesarias decisiones de las mujeres, que en su casa vivan separadamente, designese un anciano por el obispo de la ciudad amantísimo de Dios; y para el desempeño de los divinos servicios, y para darles a las mismas la santa comunión, nombrense un presbítero y un diácono de vida honesta, los cuales deberán hacer solo lo antes dicho, no también comer y habitar con ellas mismas. Porque observadas estas disposiciones, tendrán una vida feliz los que hubieren elegido la vida solitaria, y los intereses de nuestra común república obtendrán de Dios clementísimo más propicio auxilio. Estas son, pues, las disposiciones que sobre los intereses comunes y en la actualidad hemos considerado convenientes, y hemos creído que habría de parecer que no pequeña utilidad se ha añadido desde hoy a aquellos en virtud de nuestra divina constitución.

§ 1 —Pero es necesaria diligentísima vigilancia para que de ningún modo se quebranten estas disposiciones; la cual no existirá de otro modo, que si los obispos de cada ciudad amantísimos de Dios inspeccionan diligentemente la manera de ser de los monjes que viven en monasterios establecidos bajo su cuidado, y si conociendo alguna infracción de esta naturaleza, reprimen de todos modos tal intento, y

(1) Hállase la genuina ley en la Coll. 25. cap. V., y en epitome en la Coll. Constit. eccl. 1. 3. 43 (Voell. bibl. II. p. 1260), de la que se sirvió Phot. en el Nomoc. VIII. 2. El texto

se ajusta al publicado por Ant. Agust., (Coll. p. 45), el cual fué reproducido por Cont. 71 y por los demás.

adhuc talia perpetrant, et cogant, ut eorum conversationes sint purae et separatae ab omni commercio muliebri. Nam et ipsis Dei amantissimis episcopis, si hoc recte aestimare voluerint, perspicuum est, propter observationem honestae huius devotissimorum monachorum conversationis, et si nihil indecens aut inhonestum acciderit, clementem Deum propitium res communes nostrae reipublicae acturum esse.

§ 2.—Sed ne vel ipsi Dei amantissimi episcopi supervacuum ducant hoc nostrum praeceptum, nosse ipsos volumus, quod, si quis ipsorum non cum omni diligentia haec investigare, aut manifestum lapsum non secundum praedictos modos emendare videatur, obnoxius quidem erit iudicio domini Dei, et nunc in ipsum veniet ex imperiali nostro motu ultio, et circa ipsum periclitabitur sacerdotium, ita ut alio maiore malo non indigeat.

§ 3.—Tua igitur excellentia divinam nostram hanc constitutionem manifestam faciat cuicunque metropolitae Dei amantissimis episcopis, et clarissimis praesidibus provinciarum, addens, quod et ipsi, si opus sit, omne ferant auxilium religiosissimis civitatum episcopis ad haec coëdicenda, quae tolli iussimus. Et si qua negligentia eos usos esse invenerint, manifestam eam nobis facient suis relationibus, ut utique omnes cognoscant, quae nam ab ipsis servari debeant, et definitam in contemnentibus poenam. Cuius autem Dei amantissimi metropolitae etiam aliis reverendissimis civitatum episcopis eiusdem provinciae facere manifestam divinam hanc nostram legem, et denuntiare omnibus, ut vigili studio haec custodiant, verentes definitam poenam.

§ 4.—Ac ne protrahatur plena observatio divinae nostrae huius legis, neve ipsi reverendissimi monachi, qui nunc sub eodem tecto vivunt cum monasteriis, parvum putent tempus sibi dari ad debitam separationem faciendam, annale ipsis definimus, computandum ab eo die, quo manifesta divina nostra lex haec facta fuerit; ita ut post anni curriculum, si appareant ea, quae ad convictum attinent, in eodem manere statu, locus sit omnimodo insertis divinae huius nostrae legi poenis.

Dat. XV Kal. (1) Febr. CP. DECIO V. C. Cons. [529.] (2).

45. [44] *Idem A. IULIANO P. P.*—Sacris canonibus neque Dei amantissimis presbyteris, neque reverendissimis diaconis aut subdiaconis nuptias contrahere post huiusmodi ordinationem permittentibus, sed solis reverendissimis cantoribus et lectoribus id concedentibus, animadvertimus quosdam despiciere sacros canones, et liberos generare ex mulieribus, quibus coniungi secundum sacerdotalem regulam non possunt. Quoniam vero poena facinorosis huius in sola sacerdotii erat amissione, sacros autem canones non minus, quam leges valere, etiam nostrae volunt leges, sancimus, ut obtineant in illis, quae sacris visa sunt canonibus,

sujetan á penas á los que después de nuestra prohibición aún perpetúan tales actos, y les obligan á que sea pura y esté separada de todo comercio con mujeres la manera de ser de ellos. Porque es evidente aún para los mismos obispos amantísimos de Dios, si rectamente quisieren considerarlo esto, que por la observancia de esta honesta manera de vivir de los devotísimos monjes, y si nada indecoroso ó deshonesto aconteciere, Dios clemente habrá de favorecer propicio los intereses comunes de nuestra república.

§ 2.—Mas para que ni aún los mismos obispos amantísimos de Dios consideren superfluo este precepto nuestro, queremos que los mismos sepan, que si alguno de ellos no investigase estas cosas con toda diligencia, ó no pareciera corregir según las antedichas maneras una manifesta inflación, quedará ciertamente sujeto al juicio del señor Dios, recayendo por ahora sobre él el castigo en virtud de nuestra imperial resolución, y peligrará en él el sacerdocio, de suerte que no necesite alguna pena mayor.

